1518. Ex ms Bibl. Zalus:

108

# Sigismundo Primo Regi Poloniæ De Actis in Bohemia Moravia Slesia.

De confirmatione Privilegiorum Ducum et aliorum Statuum Ducatus Slesiæ pro qua re Majestas ista Oratorem suum miserat ad illam Majestatem, Bohemi potissimum ne illa confirmarentur obstiterunt, et hoc potissimum facere videntur, ut Slesitas quos Regis et Coronæ Bohemicæ Vasellos esse dicunt, ad jura Bohemica trahere possent. Sed hoc insinuant, sub prætextu Authoritatis Regiæ tuendæ. Hinc est factum ut contra Dominum Ducem Casimirum eo qui citatus in Bohemiam, contra Szirotzinski non venerit per Contumatiam sit lata sen:

tentia

sententia. Similiter et contra Episcopum Vratislaviensem et Capitulum ejus, oppugnant autem Bohemi et Privilegia Ducum et Communitatis Slesitanæ plus tamen communitatis eo, quam illa sunt recentiora, et ut ipsi Bohemi affirmant surrepticia. Quorum exemplum Majestas Regia, suæ Majestati Serenissimæ misit, ut consulat majestas ista, quod de his præsertim comitatis privilegijs sit illi Majestati agendum. Quoniam autem Majestas ista Regia medio Oratoris sui egit de confirmatione hujusmodi Privilegiorum et revocatione Sententiarum contra Illustrissimum Ducem Thesinensem, et Episcopum latarum, Majestas Regia Iam Bohemis pollicita est Ducibus se confirmaturam hujusmodi eorum Privilegia, atque etiam Comitatis, et hoc potissimum ob petitionem hujus Majestatis, tum quia, si hoc non fecisset, nec auxilium contra Turcos, nec Bernam in redemptionem bonorum suorum in Slesia consequi posset,

de quibus

de quibus omnibus, ob Privilegiorum Confirmationem, certa spes est data, res ita pendet verum secrete, nam si rescirent Bohemi, plurimum offenderentur.

De Ducum Privilegiis, minor est difficultas, licet Bohemi, et illa tollere moliuntur, verū Privilegia Communitatis, ut pote contra Regiā authoritatem impetrata, et ut ipsi dicunt, surrepta, totis viribus oppugnant, vel propter Regiam Auctoritatem, vel ut sublatis eorum Privilegiis, Slesitas in suā Jurisdictionem facilius compellerent, cupit itaq Mttas Regia, ab ista Srīma Mtte intelligere, an sciverit aliquid ante ea de hmōi Privilegiis Communitatis Slesiæ videntur eīm postea impetrata, q sua Mttas ex voluntate Dei in Poloniæ Regnū transiverit. Quid itaq sit faciendum, Regia Mttas consilium ab ista Mtte petit, si non confirmabuntur, a Slesitis Rex nihil habebit, si confirmabuntur, Bohemis plurimum displicebit.

Sententias latas in Bohemia, difficile est Regi revocare cum præsente Mtte sua, et ex authoritate illius sint latæ, quærit tamen Mttas Regia modum ita illar executionem suspendere, ut nec Duci, nec Epō nocere possint.

In Moravia pro auxilio defensivo Mille pedites ad sex menses promissi. De Berna agent in proxima dieta, de bonorum inscriptionibus modo, quo in Bohemia, et revideantur decretum Devolutiones Mathias Rex ad quintū gradum consenserat, etiam a latere femineo, Paterna Mttas nihil sibi, et suis reservat, Rx Mttas

Mttas ob honorem, q[ue] aliquam utilitatem inducto paterno indulto, sextu adiecit gradum. Si Thurcus veniet, ut Bohemi se viritim insurrecturos pmiserunt.

De Luthero Regia Mttas, ut in omnibus, ita in his quoq[ue] vult sequi Consilium huius Mttis, iamq[ue] in Slesia mandata et coram, et l'ris dedit, omni sua auctoritate addita, ad supremũ Capitaneum, et Epum, ad extingvendos hmoi errores. In Moravia spiratas captas, Lutheriani libri combusti nonq[ue] factũ hoc suæ Mttis omnibus Moravis placuit. Sunt ẽm qui Luthero iam consenciant tamen sua Mttas nihil omittet, ut decet bonum et Catholicum Principem, et huius Mttis Nepotem, addita est pœna Iglavieñ, qui sperato se crediderat. Intellexit Mttas illa Rakemberg Lutherianis favere, monuit et subditum, petit tamen Mttem istam, velit illum admonere, ne tamen fœdis erroribus, se contaminandum daret, quod enim sine strepitu, et turbata fieri poßet, id illi Mtti eße multo iucundius.

In Bohemia coram et in Conventu generali, Mttas Regia egit, ut ne serpat longius secta Lutheri, Tabulis Regni est inscriptum, verum intelligit Mtas sua mollius illic agendum cum sit persvasum, cuiq[ue] licere quam vellet fidem observare.

Hungaris in Poloniam ire tutum non est, ob mortem Storez. Provideat Mttas sua, si illum iniuria cesum dicunt, aliter utiq[ue] eßet agendum, quid Ioanni Paxi ad Czastago eunti evenerit, novit Mttas sua.

De Thurcor

De Thurcorum conatibus Majestas Regia, et per suos exploratores, et per Principes Volochos, quotidiè fit certior venturos illos contra suæ Majestatis Regna ob id sollicita est Majestas Regia, ut promissa auxilia ab Imperio Bohemis, et Moravis contrahere quamprimum possit, et Majestas sua veretur, ne prius Turci fines Hungariæ deprædentur, quam Majestas Regia in Hungariam veniat, quod Majestas sua intelligit ex literis ad Dominum Palatinum datis, quarum exemplum Majestati suæ per me misit.

Inter Cæsarem et Reges Galliæ, atque Angliæ nullam spem pacis, aut induciarum intelligit, imo ne magis incrudescat bellum hoc, veretur. Nam ea fama ex Curia Ducis Ferdinandi venit, et Rex Galliæ exercitum potentissimum contra Mediolanensem instruxerit. Cæsar contra Galliam, Rex Angliæ contra Scotiam ex his quid timendum, quid sperandum Majestas sua viderit. Pontifex quidem instat totis viribus pro pace, quid tum a quoque sit expectandum

Majestas

Majestas Regia novit. Itaque petit Majestatem ipsam, tanquam Patrum, imo Patrem charissimum, ut consulat atque subveniat Nepoti suo, in tanta rerum difficultate et discrimine. Millesimo Quingentesimo Decimo Octavo.